



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 100. Hujus Pontificis Historia, variæque illius dignitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI posita ad aram ducebatur, ubi rursus
A.C. 1591. ab omnibus Cardinalibus pari submissio-
 nis obsequio colebatur, atque appropin-
 quante nocte in magnifica fede ad Ba-
 silicam Divi Petri deferebatur, ubi præ-
 tereuntem tam copiosa concurrentis
 populi multitudo circumdabat, ut non-
 nisi ægerreme ad Templum deferri pos-
 set. Demum precibus coram sanctissi-
 mo Sacramento persolutis ad altare
 sanctorum Apostolorum deportatus ter-
 tia vice consueto obsequio honorabatur,
 ubi universo populo bene precatus est:
 peractis vero hisce solemnis ad Vati-
 canum Palatum concessit, nomenque
 Innocentii IX. assumplit. Agebat tum
 septuagesimum tertium ætatis suæ an-
 num.

§. C.

*Hujus Pontificis Historia, variæqui-
 illius dignitates.*

Ciat. p. 235. Eratis patria Bononiensis nomine Joan-
 nes Antonius Fachinettus ex nobil-
 lissimo genere in Novarrensi Diæcesi die
 vigesima Mensis Augusti anno Christi
 millesimo quingentesimo decimo nono
 natus, qui Bononiæ multiplici literarum
 disciplina institutus, ibidemque utrin-
 que jurisprudentiæ laurea decoratus
 Romam contendit, ubi Ardinghelo
 Cardinali ab epistolis erat, postea vero
 ab

ab Alexandro Farnesio Cardinale Pauli
III. Nepote in ipsius familiam receptus
Avenionem mittebatur, inde autem
redux Parmensis Gubernator renun-
tiabatur. Demum utriusque, ut vo-
cant, Signaturæ Referendarius a Paulo
IV., ac postea a Pio IV. Neocastrensis in
Calabria Episcopus salutatus, ad Con-
cilium Tridentinum decernebatur, ex
quo loco tanquam Papæ Nuntius Ve-
netias missus sexto ibidem anno substitit:
ineunte autem Gregorii XIII. Pontifi-
catu Romam reversus ad suam Diœce-
sin secessit, cui etiam cum ingenti Zelo,
ac pietate præfuit: porro cum in hac re-
gione aeris asperitas ejus valetudini ad-
versaretur, hinc Episcopatui cedens Ro-
mam rediit, ubi a summo Pontifice gravif-
simis præfectus negotiis Patriarcha Jero-
solymitanus creabatur, ac demum an-
no Salutis nostræ millesimo quingen-
tesimo octogesimo tertio Cardinalis tit.
sanctorum quatuor Coronatorum elige-
batur, unde etiam vulgo Cardinalis de
sanctis quatuor Coronatis dictus est.
Ceterum Sixto quinto ad Pontificatum
ejecto unacum aliis nominatus est, ut
caussam de Guisii Cardinalis nece, nec-
non de Borbonio Cardinale ab Henrico
III. Galliarum Rege in vincula conjecto
discuteret: denique regnante Gregorio
XIV. omnia Signaturæ negotia expe-

Sæcul XVI.
A C 1591.

M 4 dire

Sæcul. XVI.
A.C. 1591.

dire jussus cum ingenti prudentia, atque integritate hoc munere defunctus est.

§. CI.

Pontificatus sui auspicia.

Ciat. l. c.
Thu. l. 102.

Die tertia Novembris, in quam dies Dominica inciderat, neo-electus Pontifex in Basilica Principis Apostolorum in specula, ex qua Pontifices in solemnioribus festis populo benedicere solent, inauguratus est, altera autem die convocato Purpuratorum Senatu Cardinalibus ob factam electionem grates referens plura eis, quæ pro Ecclesiæ utilitate concepisset, consilia manifestabat, atque inter alia exponebat, quod secreto proprias haberet pecunias, quibus sacræ Sedis necessitatibus, ac populi miseriis in variis gravioribus occasionibus subvenire posset: insuper quadraginta aureorum millia mutuo accepit, ne aurum, quod in Adriani arce a Sixto V. depositum erat, attingeret, quoniam expedire Reipublicæ dicebat, ut in ærario Pontificio magnum aliquod auri pondus ad graviora rerum publicarum incommoda, & duriora tempora reconditum, & intactum servaretur: insuper petebat, ut tunc, si annona, vel aliæ merces emerentur, cuncta semper parata pecunia solverentur,